ritur quòd ſibi non ſit oſtreatum tergum vt ait Plautus. Malim autem legere ἰοὺ quàm ἰὼ, vt referatur ad iſtud τὸ ἐπὶ τῶν πλευραῖς ἐμαῖς. ſ. δέρμα. Sed rectius vt cenſeo legatur ἑαῖς quàm ἐμαῖς & ad teſtudines referetur. Eſt autem νουβυστικῶς ſollerter & prouidè, Nam τὸ νουβυστικὸν eſt plenum mentis, & πυκιναὶ φρένες, Quia βῦσαι eſt implere & inculcare vt illud apud Poetam νήματος ἀσκητοῖο βεβυσμένον. Qua voce in Acharnenſibus vtitur pro obturare. χυτρίδιον σπογγίῳ βεβυσμένον. Quod verò ait στιζόμενος rectum puto quia ſtigmata inurunt ſcipionum ictus. Sed ſcholiaſtes alteram lectionem agnoſcit, σταζόμενος, quaſi tralatum à ſtillis ruentis imbris, vt ſit πυκνὰ τυπτόμενος. Quod vt locum habeat, tanto magis hic ſeruus erit compunctus, & στιζόμενος magis proprium ſeruis στιγματίαις.

Σχόλια. Καὶ νουβυστικῶς.] ἀντὶ τοῦ συνετῶς. νοῦ πεπληρωμένως, παρὰ τὸ νοῦς καὶ τὸ βύσαι. ὅ ἐστι πληρῶσαι. νήματος ἀσκητοῖο βεβυσμένον. κεῖται καὶ ἐν Ἐκκλησιαζούσαις. Κεράμῳ τὸν νῶτον.] ὡς περὶ ὀρόφου στέγης διαλέγεται. ἔνιοι δὲ, στιζόμενος γράφουσιν. οἷον κεντούμενος. ἐὰν δὲ σταζόμενος γράφηται, καὶ οὕτως ἔσται παρὰ τῶν ψεκάδων οὕτω πυκνὰ τυπτόμενος. στέγειν δὲ ἀντὶ τοῦ συνέχειν. ὅθεν καὶ ἡ στέγη ἡ περιέχουσα. Οἱ περὶ Φρύνιχον] τῶν κολάκων ἂν εἴη Φρύνιχος ὁ ποιητής. ὁ δὲ Σύμμαχός φησιν, εὐλογώτατον ἂν εἴη τὸν τραγικὸν ὑποκριτὴν Φρύνιχον. Ὥσπερ καχρύων.] ὥσπερ ὄνος κριθῶν κορεσθείς. Ἔοικας ὦ πρεσβῦτα.] Δίδυμός φησιν, ἀδιανόητα σκώπτει ἐνταῦθα. τὸ δὲ τρυγὶ ὡς πρὸς γεγηρακότα λέγει. Κλητῆρι τ.] διὰ τὸ φιλοδικαστὴν εἶναι. ἢ ὅτι ὡς ἐπίπαν γέροντας παρελάμβανον κλητῆρας. τὸ δὲ λοιπὸν, παιδιᾶς ἕνεκεν. ἢ οὐδὲν πρὸς ἔπος παρὰ τὴν παροιμίαν. ὄνος εἰς ἀχυρῶνας ἀπέδρα. ὁ δὲ ἄχειρος παρ' Εὐπόλιδι, ἐν χρυσῷ γένει, ὅπου καὶ τὸ Πλάτωνος παράκειται ἐξ Ἀδώνιδος.

BISETVS. Ἀχυρῶνας.] τὰς ἀχυρμιάς. ἀχυρμιὰ δὲ ὁ τόπος τῶν ἀχύρων περιεκτικός, καὶ λέγεται οἱονεὶ ἀχυεῖα κατὰ πλεονασμὸν τοῦ μ.

CHR. Οἱ περὶ Φρύνιχον. Aſſentior Symmacho qui rationi magis conſentaneum cenſet, vt hic Phrynichus ſit hiſtrio Tragicus qui fuit Chorocles filius. Tamen Phrynichus poeta etiam fuit Tragicus, diſcipulus Theſpidis, quíque primus perſonam muliebrem induxit in ſcenam & Tetrametrum inuenit, cuius carmina laudantur in Auium fabula. Duo pręterea fuere Phrynichi, Comicus poeta qui initio Ranarum ſuggillatur vt φορτικεύων, & ille quo duce victi ſunt Athenienſes, vnde dixit in Ranis Φρυνίχου παλαίσμασιν, quod pro στρατηγήμασιν accipiunt quamuis ſint qui hoc de Phrynicho Tragico intelligant, quia in Antæo Tragœdio, identidem memoret τὰ παλαίσματα, Aſij ad Comicum Phrynichum illam palæſtram referre malunt quia introduxit chorum mobilem & luctantem. Difficile eſt, cùm fuerint quattuor Phrynichi, iudicare, quem potiſſimum hic collocet Ariſtophanes inter Colacas. Quiſquis is eſt, auſim affirmare non eſſe illum Tragicum cuius μελοποιίαν videtur alibi commendare. Τρυγὶ κλητῆρι τ' εἰς ἀχυρῶνας.] Ludit de induſtria, & comparationes vel ſimilitudines ſtultas & perperas, id eſt, ἀδιανοήτους & ἀπροσλόγους inuehit quæque nihil ad rem. Sic videtur Horatius in Satyra deſcripſiſſe Sarmenti Scurræ pugnam Meſſique Cicerri, ait enim ille, Equi te, Eſſe feri ſimilem dico, &c. Tamen Scholiaſtes notat τρυγὶ dictum tanquam

A de vetulo, Ego addam, τρυγὴν etiam dici de frumento & hordeo, & conuenire ad ea quæ dixit ὥσπερ καχρύων ὀνίδιον εὐωχημένον. Voluit etiam adludere ad Prouerbium, Aſinus in paleas, cùm ait εἰς ἀχυρῶνας ἀποδεδρακότι, & quamuis κλητῆρι dixit propter Philocleonis τὸ φιλόδικον (nam teſtibus accenſis, viatoribus & ſcribis nihil in iudiciis eſt tritius) & ſeni comparet κλητῆρα, quia ſolerent ſenes antiqui habere viatores, tamen intelligere aut dicere voluit κανθήλιον qui ſagmata & clitel-

B las geſtans, ſi paleas aduerterit eò ſtatim auffugiet. Superiùs initio huius fabulæ dixerat κλητῆρος πωλίον de aſino vt puto, hic autem fortaſſis vectorem pro vehente dixit. Sed quid ſi ætatem decrepitam arguere voluerit & capularem ſenem oſtendere quaſi εἰς ἀχέροντα ἀπεδεδορκότι. Hæc ego tantùm ſuſpicor & coniicio non certus ariolus aut diuinus.

Σχόλια. Ὁ δ' ἀνακραγών.] καὶ ταῦτα ἀπρόσλογα· ἐπεὶ καὶ τῷ ἀποδεδρακότι, ἀπρόσλογον ἐκεῖνος εἶπεν.

C CHRIST. Ὁ δ' ἀνακραγών.] Ex verbis Scholiaſtæ coniecturam facio, ipſum legiſſe in verſu antecedente ἀποκεκραγότι pro ἀποδεδρακότι. Sed non puto illud ἀνακραγὼν huc reſpicere, vt ille inſolenti & ridicula vſus eſt ſimilitudine, ſic iſte par pari refert & τὸ ἀποβεβληκότι reſpondere vult τῷ ἀποδεδρακότι.

BISETVS. Πάρνοπι.] πάρνοψ, ἀκρίδος εἶδος. οἱ δὲ μελίσσας ἀγρίας. καὶ κλίνεται πάρνοπος. οἱ δὲ κώνωπας. Σ.

D CHR. Πάρνοπι.] Multi in Attica erant Parnopes qui Bruchi ſunt vel Attelabi. Alij κώνωπα eſſe volunt, Non malè tamen dum ludit, Senem decrepitum eiuſmodi inſecto comparat, quando & Tithonus ipſe in Cicadam verſus fuiſſe perhibetur, Rectè enim τρίβωνος dixit, nam ſenex omnis quaſi ſegnis, id eſt ſine igne, pulchrè comparatus erit pallio decoti, vel detrito hoc eſt τριβωνίῳ, & ſanè ętas illa decreſcens & denaſcens τὰ θρία ἀποβέβληκε τοῦ ἱματίου, id eſt, florem & vigorem bonæ

E ætatis perdidit & velut veſtis eſt defloccata. Sed quid nugor? Non tam mihi hic ætas ſenilis ſuggillari videtur quàm paupertas; Nam Lyſiſtratus ad quem hæc ſenex dirigit ſæpè ab hoc Comico tanquam πένης κωμῳδεῖται. Scholiaſtes me non aſtipulante, exiſtimat τὰ θρία hic dicta quia veteres illi pallia tanquam folia variabant & intingebant.

Σχόλια. Τὰ θρία τοῦ τρίβωνος.] ἐπεί ἐνίοτε ὥσπερ

F φύλλα ἐμποικίλλουσι. Σθένελος δὲ ὁ τραγικὸς ὑποκριτὴς ὃς διὰ πενίαν τὴν τραγικὴν σκευὴν ἀπέδοτο κακῶς πράττων. τοῦτον ἐλαύνων περὶ τοῖς τείχεσιν ἐνδεικνύμενος διεχλεύαζε. περὶ τούτου γέγραπται ἐν Γηρυτάδῃ. πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥήματα εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενος, ἢ ξηροὺς ἅλας. διακεκαρμένῳ δὲ, ἀφῃρημένῳ πωλήσαντι. διεμύλλαινε δὲ, τὰ χείλη διέστρεφεν ὡς χλευάζων καὶ μὴ ἡσθεὶς τῷ λεγομένῳ. Ἐπὶ τῷ κομᾷς] ἐπεὶ κομήτης ὁ Θεόφραστος, ἔστι δὲ καὶ τῶν κολάκων. ἢ μέγα φρο-

G νεῖς. ἐν μέρει δὲ καθ' ἕκαστον. Οὐδὲν εἰκότας.] οὐδὲν ἁρμόζοντας τῷ πράγματι. Ὁ δ' ἦ δὴ σφαλλόμενος.) κινούμενος ὑπὸ μέθης.

CHR. Σθενέλῳ δὲ τὰ σκ. διακεκαρ.) Sthenelus iſte dicitur fuiſſe Tragicus actor & mimus, & eò penuriæ adactus vt Choragium ſuum vendiderit. Eius meminit Comicus noſter in Gerytade, his duobus ſenariis: